

DOKUMENTY FUNDACYJNE DIECEZJI SMOLEŃSKIEJ

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

Ostatnie dwie fundacje diecezji obrządku łacińskiego przez królów polskich w przedrozbiorowej Rzeczypospolitej miały miejsce pod koniec XVI i w pierwszej połowie XVII stulecia. Pierwsza z nich, diecezja wendeńska, została utworzona w latach 1582/83 dla zdobytych Inflant¹, druga natomiast, diecezja smoleńska, została zorganizowana ostatecznie dopiero w 1636 r. Na podstawie rozejmu dywilińskiego (11 XII 1618), zawartego z Rosją, zostały przyłączone do Rzeczypospolitej ziemie: smoleńska, czernichowska i siewierska. Dla tych zdobytych terenów Zygmunt III Waza postanowił ufundować biskupstwo smoleńskie wkrótce po r. 1613. Pierwszym administratorem tworzącej się diecezji był w 1617 r. ks. M. Siwicki². W czasie procesu apostołskiego, w związku z erekcją diecezji, ks. Piotr Parczewski, nominat Władysława IV na biskupstwo smoleńskie, zeznał 24 IX 1635, że „fundacja biskupstwa smoleńskiego — — była wszczęta jeszcze przez Zygmunta, króla Polski, ale z powodu prowadzonych wojen została zaniechana”³.

Tymczasem ta „istniejąca” diecezja aż do 1625 r. nie posiadała zupełnie podstaw prawnych, zarówno bowiem król polski, do którego należało uposażenie nowej diecezji, jak i Stolica Apostolska, której wyłącznie przysługiwało prawo erygowania jej, nie poczynili żadnych kroków w tym celu. Główną przyczynę takiego stanu rzeczy można widzieć m. in. w następujących czynnikach:

1) Nowozdobyte ziemie posiadały statut tymczasowej przynależności politycznej do Rzeczypospolitej; zostały one bowiem wcielone nie na podstawie układu pokojowego, ale tylko na skutek rozejmu.

2) Fundacja nowej diecezji łacińskiej związana była ściśle z powiększeniem ilości senatorów w sejmie polskim; każdy bowiem biskup ordynariusz obrządku łacińskiego wchodził do senatu. Tymczasem król nie mógł samowolnie powiększać liczby senatorów, ale musiał na to posiadać zgodę sejmu⁴.

Te też czynniki zaważyły na tym, że dopiero 6 V 1625 Zygmunt III Waza wystawił dokument fundacyjny dla biskupstwa i kapituły katedralnej⁵. Ale i tym razem postanowienie królewskie nie zostało wprowadzone w życie. Wydaje się, że również wtedy główną przeszkodą był tymczasowy charakter

¹ Por. E. Kuntze: Utworzenie biskupstwa wendeńskiego przez Stefana Batorego. W: *Studia historyczne ku czci St. Kutrzeby*. T. 2. Kraków 1938 s. 443—467.

² Ks. T. Długosz: *Dzieje diecezji smoleńskiej*. Lwów 1937 s. 13.

³ Ks. B. Kumor: Granice metropolii gnieźnieńskiej i jej sufraganii w okresie przedrozbiorowym. *Roczn. teol.-kanon.* T. 13: 1966 z. 4 s. 57.

⁴ Ks. T. Długosz, *JW* s. 5, 30.

⁵ Zob. dokument nr 1.

przynależności Smoleńszczyzny do Polski i rozpoczynające się wojny polsko-szwedzkie. 26 IX 1629 doszło do zawarcia rozejmu altmarskiego ze Szwecją, a 14 VI 1634, po nowej zwycięskiej wojnie, został podpisany w Polanowie wieczysty pokój z Rosją. Pokój ten potwierdził w całej rozciągłości warunki rozejmu dywilińskiego, a nadto pozostawił w granicach Rzeczypospolitej okręg Trubecka.

Teraz dopiero nowy król polski, Władysław IV, przystąpił do realizacji postanowień swego ojca, Zygmunta III Wazy, dotyczących utworzenia diecezji w Smoleńsku. Aktem z 28 IV 1635 ponowił on fundację biskupstwa i kapituły katedralnej w Smoleńsku przy kościele Zwiastowania NMP⁶. Wkrótce potem, bo już 28 VIII 1635, papież Urban VIII polecił rozpoczęcie procesu kanonicznego w sprawie erekcji diecezji. Po jego pomyślnym zakończeniu tenże papież, na konsystorzu tajnym 1 IX 1636, dokonał kanonicznej erekcji biskupstwa, zastrzegając prawa patronatu dla królów polskich⁷.

W chwili przeprowadzania procesu apostolskiego sam Smoleńsk liczył około 5 tysięcy mieszkańców i miał być zależny pod względem jurysdykcyjnym bezpośrednio od nuncjatury papieskiej w Warszawie. Ze względu na „istniejącą” od kilkunastu lat diecezję była tam również szczytkowa kapituła katedralna, złożona z archidiakona i dwóch kanoników⁸.

Publikowane niżej dwa dokumenty fundacyjne biskupstwa smoleńskiego znajdują się w formie współczesnych kopii w aktach procesu informacyjnego w sprawie erekcji tejże diecezji. Wydawcy znane są dwie kopie obydwu dokumentów; przy czym odpis z akt procesu informacyjnego, przechowywanego w Archiwum Kongregacji Konsystorialnej, jest czystopisem, podczas gdy kopia druga, z akt procesu, zachowanego w Archiwum Datarii Apostolskiej, posiada charakter brulionu. Tekst obydwu dokumentów jest w licznych partiach identyczny. Nie jest to jednakże dosłowne powtórzenie.

Dokument bowiem Władysława IV posiada pewne istotne dodatki. Fundacja z 1625 r. wymieniała w granicach diecezji ziemie: smoleńską, siewierską i czernichowską, podczas gdy dokument z 1635 r. — tylko smoleńską i siewierską. Ta ostatnia nawet nie została w całości pod jurysdykcją biskupa smoleńskiego, albowiem konstytucja sejmowa z 1638 r. podporządkowała powiat Nowogród Siewierski i całe województwa czernichowskie diecezji kijowskiej⁹. Dokument Władysława IV zawiera również nominację królewską na biskupstwo smoleńskie w osobie ks. Piotra Parczewskiego. Wreszcie dalszym, ważnym postanowieniem przywileju Władysława IV jest włączenie utworzonej diecezji do metropolii gnieźnieńskiej. Zgodnie z tym ostatnim postanowieniem w r. 1643 wziął udział w synodzie prowincjalnym gnieźnieńskim pierwszy biskup smoleński Piotr Parczewski i reprezentant tamtejszej kapituły ks. Jan Rowiński¹⁰. Szereg dalszych różnic między obydwoma dokumentami zachodzi na odcinku uposażenia biskupstwa i kapituły katedralnej. Tak w 1625 r. było wydzielonych tylko 400 łanów, zwanych Ujsok, dla

⁶ Zob. dokument nr 2.

⁷ P. Gauchat: *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*. T. 4 (1592—1667). *Monasterii* 1935 s. 318 („In consistorio secreto, kalendas septembris 1636 habito, Ssmus D.N. erexit ecclesiam Annuntiationis BMV oppidi Smolensk, in Magno Ducatu Lithuaniae, ritus Latini in cathedralem idemque oppidum in civitatem episcopalem cum reservatione jurispatronatus regis Poloniae”).

⁸ Tamże; por. BAV. *Proces. Consist.* Vol. 35 k. 333' nn.

⁹ Ks. B. Kumor, *iw.* s. 57.

¹⁰ *Synodus provincialis Gnesnensis provinciae sub R.D. Mathia Łubieński archiep. Gnesnen. Varsaviae anno Domini 1643, 8 XI celebrata. Varsaviae 1646 s. 8 nlb.*

biskupstwa, natomiast dla kapituły nie były jeszcze wyznaczone place w Smoleńsku pod budowę domów. W 1635 r., z 2500 łanów, biskup nie miał jeszcze wymierzonych 700, a kapituła — 500 na dystrybucję i 100 łanów na ogrody. W dokumencie z 1635 r. pominięto szereg zastrzeżeń, wysuniętych przez Zygmunta III w 1625 r. odnośnie zabudowy Smoleńska poza murami miasta i wokół kościoła św. Ducha poza miastem. Podczas gdy dokument pierwszy nadawał przywilej na dwudniowe jarmarki w okresie Zielonych Świąt, to dokument drugi rozciągnął go na cały tydzień. Fundacja Władysława IV uzupełniła też wykaz nabożeństw dziękczynnych, które miała odprawiać kapituła smoleńska. Do rocznicy zdobycia Smoleńska, wypadającej na 13 czerwca (św. Antoniego z Padwy), Władysław IV dodał nadto dwie nowe — w dniach 29 września (św. Michała) i 24 lutego (św. Macieja).

Obydwa dokumenty fundacyjne były znane historiografii polskiej, dzięki rozprawie ks. Teofila Długosza (*Dzieje diecezji smoleńskiej*), ale dotąd nie zostały wydrukowane. Publikacja tych dokumentów została przygotowana do druku zgodnie z *Instrukcją wydawniczą dla źródeł historycznych od XVI do połowy XIX wieku* (Wrocław 1953).

DOKUMENTY

Nr 1 — Dokument fundacyjny Zygmunta III Wazy

Warszawa, 6 V 1625

Zygmunt III Waza, król polski i szwedzki, w podziękowaniu Bogu za szczęśliwe odzyskanie Smoleńska i innych prowincji, oderwanych niegdyś przez Rosję od Litwy, funduje biskupstwo smoleńskie. Terytorium nowej diecezji, według postanowień króla, ma objąć Ziemię Smoleńską, Siewierską i Czernichowską. Na katedrę biskupią wyznacza król świątynię pod wezwaniem Zwiastowania NMP w Smoleńsku. Równocześnie król uposaża biskupstwo i kapitułę katedralną w dobra ziemskie w województwie smoleńskim. Kapituła ma się składać z 6 prałatur (prepozyt, dziekan, archidiakon, kustosz, scholastyk i kantor) i 12 kanonii gremialnych. Prawa prezenty i patronatu do nowoutworzonych beneficjów kościelnych rezerwuje król dla siebie i swoich następców, z wyjątkiem czterech miesięcy (luty, kwiecień, październik, grudzień), które zastrzega dla biskupa smoleńskiego. Temu ostatniemu przyznaje król, za zgodą sejmu, miejsce w senacie.

Or. nie znany.

Kopie: 1. BAV (*Bibliotheca Apostolica Vaticana*). *Processus Consist.* Vol. 35 k. 316—369: *Processus foundationis seu erectionis oppidum Smoleńsk in episcopatum illiusque ecclesiam BMV Annuntiationis cathedralem una cum 6 dignitatibus et 12 canonicatibus 1635 k. 318—323'*; 2. *Processus Dotariae*. Vol. 14 k. 460—521: *Ecclesiae Smolenscensis erectio 1635 k. 467—471.*

Sigismundus Tertius, Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae¹¹ etc., significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis. Omnium gentium animis moribusque insitum esse a natura, ut divinitatis opinionem in magnorum meritorum nominibus, aut rebus quibusdam publicae privataeque religionis, aut admirationis speciem adeptis, sequantur. Et quavis hic a veri Numinis saepe notitia cultuque decepta mortalium studia aberraverint, non tamen errori, aut superstitioni opes, vel fiducia defuere, quin fulgorem et venerationem

¹¹ Zygmunt III Waza, król polski (1587—1632) i szwedzki (1592—1604 detr.).

verae falsaeque sanctitatis famaē tribuerent. Hinc aris initium, hinc simulacris stauisque prima incrementa, donec se ad templorum etiam audaciam erexit humani obsequii promptitudo opulentiaque. Nec singulorum modo hominum, aut civitatum nationumve hic erga divini honoris aestimationis domi consensus ac diligentia fuit, sed multorum etiam populorum aemulatio limites fascesque suos egressa, ad communis templi constructionem sumptus alio extulit, concurrentibus certantibusque undique expensis ad magnae et illustris celebritatis sedem religioni circumdandam. Cum locorum honoribus, aucta etiam maiestas eorum, qui rem divinam procurabunt, quantoque clarius et magnificentius delubrum, tanto etiam antistitum dignitas maior augustiorque, sed et horum saepe sanctitas templorum fortunas splendoremque accepit et sacris non raro a praesule claritudo gloriaque venit. Nec enim postremum locorum decus et prosperitas est in boni rectoris curam et sollicitudinem incidisse, sed praecipua potius maximaque securitatis pars censi debet foelici et matura regi prudentia, quae pro divini cultus sinceritate et conservatione, perpetua vigilantia, officium et sanctimonia excubet, quae si ubique utilitate ipsa et successibus suis commendatur, illis sane maiore apparatu et necessitate exeguntur, ubi propinquius multarum rerum tempestatumque terror, facile periculum, et iniuriam aut denique exitium religioni pietatique comminatur.

Nos itaque, cum miseratione et singulari benedictione arcem nostram Smolenscum¹² caeterasque provincias nostras, iniquissime ab hoste nostro Moscho sub tempus pactorum et perpetui foederis raptas, primum quidem nostro sub Smolenscum, deinde vero serenissimi principis Wladislai, filii nostri charissimi¹³, sub metropolim Moscoviae expeditione, et felici utriusque nostrum periculo, recuperavimus Magnoque Ducatui Lithuaniae, a quo avulsae erant, restituerimus. Postquam pro situ et patientia locorum res componere et stabilire licuit, omni quoque, qua licet, animi gratitudine divini erga nos beneficii memoriam respicere atque venerari et imposterum testari publice constituimus. Muneri enim vicissim debitoque nostro consentaneum existimavimus, non prius alicubi ditiones nostras, quam Dei optimi, maximi honorem, veraeque religinis integritatem incipere. Nam in his una verague felicitas, omnis vis et salubritas constat, quippe cum quibus Deus ipse in sincera sui adoratione ad actionum rerumque omnium aspiciat et successus praesentis et faventis Numinis benevolentia adest.

Quamobrem, ut sacris honos et sinceritas sua illic restituatur, ubi provincia Magno Ducatui Lituaniae principique suo restituta est, eam non a barbarae tantum crudelitatis iugo, sed a corrupta religionis noxa vindicasse in gloria et felicitate nostra etiam ducere voluimus. Cuius rei cum maximum in eo sit momentum, ut legitime et rite constituto regimine sacrorum munerum iura, sacraeque doctrinae progressus et caeremoniarum ritus disciplinaque ex ecclesiae et canonum praescripto instituantur et gubernentur.

Ideo, ut haec omnia cense perfecteteque in Smolenscensi provincia instaurari possint, neve illa posthac ad remoti pastoris curam et longinqua praesidia exire, aut distrahi cogatur, laudatis maiorum nostrorum aliorumque principum piorum vestigiis insistentes, singularem dioecesim et episcopatum in praefatis provinciis, sub titulo et appellatione Smolenscensis, fundandum erigendumque, et proprium ac peculiarem episcopum, metropolitae tamen et primati Regni subordinatum, dandum et assignandum duximus, prout divino in primis invocato nomine, de Sanctae Sedis Apostolicae consensu et approbatione minime ambigentes, praesentibus insti-

¹² Smoleńsk, miasto obwodowe w zachodniej części Rosyjskiej Republiki Radzieckiej, położony nad Dnieprem. W latach 1386–1514 i 1611–1654 należał do Polski. W r. 1667, na podstawie rozejmu andruszowskiego, został oddany Rosji, co potwierdzono później w pokoju Grzymułtowskiego (1686).

¹³ Władysław IV Waza, król polski (1632–1648).

tuumus, erigimus et fundamus eique regimen totius cleri in ducatus Smolenscensi, Czernihoviensi¹⁴ Severiensique^{14a} existentis et deinceps futuri, iuxta iura canonica et consuetudines S.R.E. longo usu probatas, in perpetuum committimus. Et inprimis antiquissimam ecclesiam muratam tituli Annuntiatae Virginis Mariae, modo quidem desertam, sed olim a praedecessoribus nostris pia extractam, intra muros Smolenscenses, in monte *Przećisćiesok a*, alias *Dziedźiniec* dicto, sitam, pro ecclesia cathedrali designamus, ibidemque in monte pro residentia episcopali domum veterem muratam, nominatae ecclesiae contiguam, cum sufficienti pro aula et pomario episcopalibus capacitate, area quoque pro domibus praelatorum, canonicorum aliorumque presbiterorum per praefectum nostrum praesentem Smolenscensem a civitate Smolenscensi, eiusdem montis partem occupante, dislimitandas assignamus, ita tamen, ut areas sive domus cuiusque praelati et canonici intra muros longitudinem octoginta, latitudinem vero quadraginta ulnarum non excedat, aream vero pro horto episcopi extra muros, ita tamen ut in eo horto nulla domus condatur, nec ullus ullo praetextu maneat, aut civitati nostrae Smolenscensi intra muros fundatae ordinem et mercaturas impediatur. Item alteram ecclesiam muratam tituli S. Spiritus, similiter a praedecessoribus nostris extractam, ad praesens desertam extra muros Smolenscenses, ad *Boristenem*¹⁵ sitam, ubi *Moscus* erat castrametatus, cum caemeterio eandem ecclesiam circumdante, assignamus, quam ecclesiam episcopus restaurare, divinae missae officia diebus festis iuxta arbitrium et dispositionem propriam celebranda procurabit. Hoc tamen praecavimus, ne circa nominatam ecclesiam ulla domus erigatur, nec quisquam ibi respectu aliquo aedificia condatur, idque ob quaedam impedimenta et respectus civium intra muros Smolenscenses residentium.

Nundinas demum mercatoribus et civibus circa eandem ecclesiam fieri mercioniaque libere exercere pro festo Pentecostes per biduum concedimus, ut praefectus noster Smolenscensis ad praesens ex vi huiusce privilegii disponet et designabit. Porro, ut episcopi Smolenscenses pro tempore existentes in statu suo praesulari honeste et convenienter vivere, et sufficientem muneri suo familiam alere, aliaque cathedralis ecclesiae onera, episcopis de more et consuetudine incumbentia, sustinere possint, eidem episcopatu Smolenscensi ad usum fructum episcoporum Smolenscensium bona certa in ditione palatinatus Smolenscensis *Małachoviense* sita¹⁶, *Vujsoc k* nuncupata¹⁷, per geometram nostrum iuratum in quadringentos laneos, alias *młok*, redacta et dislimitata. Alia item bona in ditione palatinatus Smolenscensis *Katyń*¹⁸ et *Bereznensi*^{18a} sita, vetus castellum *Olszank o*¹⁹, cum agris contiguus in quadringentos itidem laneos redacta, sigillatim vero ditione eiusdem palatinatus Smolenscensis *Dołhomoscense*²⁰ laneos ducentos per praefectum nostrum praesentem Smolenscensem designandos et dislimitandos. In capitaneatu praeterea

¹⁴ Czernihów, miasto obwodowe w północnej części Ukrainy Radzieckiej, na prawym brzegu Desny. Od 1386–1504 i 1618–1654 należał do Polski. W r. 1654 na mocy ugody perejasławskiej został oddany Rosji.

^{14a} Siewierz, Siewierszczyzna, Ziemia Siewierska — nazwa nadawana dawniej dorzeczu Desny, tj. północnej części dzisiejszego obwodu czernihowskiego, oraz przyległym częściom obwodu mohylowskiego, homelskiego i briańskiego.

¹⁵ Boristenes, nazwa łacińska dla rzeki Dniepr.

¹⁶ Małachow, miejscowość w Smoleńskiem, bliżej nie zidentyfikowana.

¹⁷ Wujsock, bliżej nie zidentyfikowany; może Wojsły, na południowy wschód od Mohylowa, nad Dnieprem.

¹⁸ Katyń, osada na zachód od Smoleńska, przy drodze Smoleńsk — Witebsk.

^{18a} Bereżina W. i Bereżina M., miejscowości na wschód od Dobromyśla i Babinowicz, obwód smoleński.

¹⁹ Olszank o zamek, w dawnym wojew. smoleńskim.

²⁰ Dorohobuż, miasto na lewym brzegu górnego Dniepru, obwód smoleński.

nostro Bielscensi²¹ laneos quingentos per praefectum itidem nostrum Smolenscensem designandos et dislimitandos. Denique in capitaneatu nostro Starodubensi²² vetus castellum, Popowa Gora^{22a} nuncupatum, mille laneis agrorum et silvarum propius adiacentium, per geometram nostrum iuratum, scitu tamen et designatione praefecti nostri praesentis Smolenscensis, limitandum in perpetuum applicamus et irrevocabiliter in aevum appropiamus.

Porro, ut cultus divini, quem nos apprime desideramus, gravior sit maiestas et amplitudo, ad eandem ecclesiam cathedralem Smolenscensem sex praelatos, praepositum videlicet, decanum, archidiaconum, custodem, scholasticum et cantorem, canonicos insuper, duodecim, eos vero tantum nobili ortos genere, vel etiam doctores, in perpetuum instituimus et designamus. Episcopus autem in id maxime incumbet, ut numerus adequatus canonicorum, ne scilicet beneficia speculicata longo intervallo temporis vacent, successive expleatur; pro quorum sustentatione et vicariorum (quos canonici quilibet suum habere tenebuntur), tum scholae et musicorum ecclesiasticorum provisione in ditione palatinatus Smolenscensis Boyhorodensi²³ laneos mille per praefectum nostrum, praesentem Smolenscensem, designandos et tradendos, per geometram vero nostrum mensurandos et dislimitandos, assignamus et in perpetuum capitulo Smolenscensi incorporamus. Ita tamen, ut ex laneis praedictis centum lanei cedant praeposito Smolenscensi, octuaginta lanei decano, archidiacono octuaginta, custodi itidem octuaginta, scholastico lanei sexaginta, cantori sexaginta, caeteris vero duodecim canonicis lanei quingenti, cantoribus et custodibus ecclesiasticis lanei quadraginta. Insuper toti capitulo Smolenscensi silvae laneos centum in eadem ditione Boyhorodensi; in capitaneatu vero Bielscensi laneos quingentos per praefectum nostrum Smolenscensem designandos, per geometram vero nostrum iuratum limitandos, perpetuis temporibus impertimur. Denique eidem capitulo Smolenscensi ad maiorem eorum commoditatem et residendi assiduitatem et studium cathedralis ecclesiae in eis excitandum pro hortis et praediolis prelatorum et canonicorum post agros, sive pascua civitatis nostrae Smolenscensis laneos centum per succamerarium seu commissarios nostros designandos et limitandos perenniter donamus, eaque omnia bona suprascripta, tam episcopatu, quam capitulo Smolenscensi a nobis in perpetuum donata et incorporata, libertatibus et immunitatibus S.R.E. adscribimus, ita tamen, ut iuri quoque communi Magni Ducatus Lituaniae, iudiciis ordinariis in tribunali vero iudicio composito, subsint, prout aliarum quoque ecclesiarum in Magno Ducata Lituaniae existentium possessiones subsunt, iuribus tamen S.R.E. salvis. Caeterum proventus bonorum capituli, quid cuique sit pendendum, aut quae bona cuique praelatorum et canonicorum sint tradenda, primus episcopus Smolenscensis ex consilio capituli ordinabit et decernet.

Collationem porro et iuspatronatus, tam episcopatus Smolenscensis, quam et praelaturarum et canonicatum Smolenscensium, nobismetipsis et successoribus nostris, serenissimis regibus Poloniae et magnis ducibus Lituaniae, reservamus. Ut nihilominus episcopus quoque Smolenscensis maior apud clerum autoritate valeat et studiosius observetur, excipimus quatuor anni menses, februarium, aprillem, octobrem et decembrem, quibus, si quem praelatorum aut canonicorum Smo-

²¹ Biała, dawny powiat w wojew. smoleńskim, obecnie Bietyj we wschodniej części obwodu Wielkie Łuki.

²² Starodub, miasto w południowej części obwodu brzańskiego Rosyjskiej Republiki Radzieckiej.

^{22a} Popowa Góra, stary zamek w starostwie starodubeckim, wojew. smoleńskim, na północny zachód od Staroduba.

²³ Bojhorod, dawnej znaczniejsza osada w wojew. smoleńskim, obecnie nie zidentyfikowana.

lenscensium de vita excedere contigerit, vacantes sub nominatis quatuor mensibus praelaturas et canonicas ipsemet episcopus Smolenscensis clericis integritate et doctrina conspicuis, et de Sancta Ecclesia bene meritis, nostro et successorum nostrorum iurispatronatu non obstante, pro libitu et voluntate sus, praesentis privilegii nostri vigore, conferre valebit. Eaque designatis quatuor mensibus praerogativa, a nobis benigne concessa, episcopi Smolenscenses in perpetuum utentur et gaudebunt. Caeterum bona praefata omnia, tam episcopi Smolenscenses sua, unus post alium, quam praelati et canonici itidem sua, sibi a nobis in perpetuum data et donata, tam domos in civitate Smolenscensi, tam alia quoque possessiones terrestres, modo suprascripto limitatas et limitandas, cum omnibus subditis praesentibus et in posterum futuris, eorumque censibus et regimine, cum agris, pratis, silvis, nemoribus, fluviis, lacubus, stagnis, piscationibus, venationibus, melificiis, caeterisque omnibus usibus, fructibus et quibuscumque redditibus intra limites superius designatos, contentis et in posterum inveniendis, pacifice tenebunt, possidebunt et iuxta praescriptum S.R.E. perpetuis temporibus uti fruentur, omnibusque praerogativis, honoribus et praeeminentiis, episcopi vero Smolenscenses loco etiam in senatu nostro, ex consensu publico designando, potentur et gaudebunt.

Demum obligamus eosdem, ut circa ecclesiam cathedralem Smolenscensem residere, pro nobis et serenissimis successoribus nostris ac tota Republica nostra Deum optimum, maximum exorare teneantur. Omnimodam deinde devotionem ac caeremonias iuxta ordinem, consuetudinem dispositionemque ecclesiae cathedralis Viiensis servare, matutinaeque et horas canonicas, tam ante meridianas, quam post meridianas, prout disponet cum capitulo episcopus, cantare tenebuntur, divinumque honorem omni conatu et studio promovere obligabuntur. Praeterea in perpetuum ex vi huiusce privilegii nostri episcopi Smolenscenses pro festo s. Antonii de Padua²⁴, die quo divina miseratione Smolenscum per nos ab hoste est receptum, in perennem gratiarum actionem et vivam praeclari divini beneficii memoriam, quod nobis et Reipublicae nostrae in recuperatione per nos ducatum nostrorum Smolenscensis, Severiensis Czerniehovienisique collatum submissae profitemur, processiones et supplicationes publicas instituere et quantas potest humana infirmitas grates referre. Insuper quovis anni mense semel, ut minimum in eisdem beneficii memoriam tenebuntur episcopi Smolenscenses per se, sive per aliquem praelatorum, gratissimo et solemnissimo missae officio sacrosanctam et vivificam hostiam supremo Trinoque Numini parentare, et praecari, ut eas provincias, quas nobis et Reipublicae nostrae benigne restituit, clementer tueri et manu sua potenti dignetur ab hoste defendere verumque et inviolatum sui in eis cultum quam diutissime conservare.

Quae quidem omnia vim perpetuitatis obtinere volentes, praesentes manu nostra subscripsimus sigilloque nostro Magni Ducatus Lituaniae obsignari mandavimus. Datum Varsaviae die 6 mensis maii anno Domini 1625, regnorum nostrorum Poloniae 38, Suetiae 31.

Nr 2 :— *Dokument fundacyjny Władysława IV*

Warszawa, 28 IV 1635

Władysław IV Waza, król polski, w podziękę Bogu za zwycięskie zakończenie wojny z Rosją ponawia fundację biskupstwa smoleńskiego. Diecezja, którą administruje tymczasowo ks. Piotr Parczewski, będzie należała do metropolii gnieźnieńskiej, granice zaś jej mają objąć tylko Ziemię Smoleńską

²⁴ Smoleńsk został zdobyty przez wojska polskie 13 VI 1611 (13 VI — św. Antoniego z Padwy).

i Siewierską. Na katedrę biskupią przynajmniej pod wezwaniem Zwiastowania NMP w Smoleńsku. Na uposażenie biskupstwa oddaje król pewne dobra ziemskie w województwie smoleńskim. Równocześnie uposaża on kapitułę katedralną, która będzie się składała z 6 prałatów (prepozyt, dziekan, archidiakon, kustosz, scholastyk, kantor) i 12 kanoników gremialnych. Prawa prezenty i patronatu na nowe beneficja kościelne rezerwuje król dla siebie i swoich następców, z wyjątkiem czterech miesięcy w roku (luty, kwiecień, październik i grudzień), kiedy to mają one przysługiwać biskupowi smoleńskiemu. Za zgodą sejmu przyznaje król nadto biskupom smoleńskim miejsce w senacie.

Or. nie znany.

Kopie: 1. BAV. *Processus Consit.* Vol. 35 k. 316—369; *Processus foundationis seu erectionis oppidi (Smoleńsk in episcopatum* — — 1635 k. 323—329; 2. *Processus Datariae.* Vol. 14 k. 460—521; *Ecclesiae Smolenscensis erectio* 1635 k. 462—466.

Wladislaus Quartus, Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lituaniae²⁵ etc. Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis. Omnium gentium animis moribusque insitum a natura esse, ut divinitatis opinionem in magnorum meritorum nominibus, aut rebus quibusdam publicae privataeque religionis, aut admirationis speciem adeptis, sequantur. Et quamvis hic a veri Numinis saepe notitia cultuque decepta mortalium studia aberraverint, non tamen errori, aut superstitioni opes, vel fiducia defuere, quin fulgorem et venerationem verae falsaeque sanctitatis fama tribuerent. Hinc aris initium, hinc simulacris staturisque prima incrementa, donec se ad templorum etiam audaciam erexit humani obsequii promptitudo opulentiaque. Nec singulorum modo hominum, aut civitatum nationumve, hic erga divini honoris aestimationis domi consensus ac diligentia fuit, sed multorum etiam populorum aemulatio limites fascisque suos egressa ad communi templi constructionem sumptus alio extulit, concurrentibus certantibusque undique expensis ad magnae et illustris celebritatis sedem religioni circumdatam. Cum locorum honoribus, aucta etiam maiestas eorum, qui rem divinam procurabunt, quantoque clarius et magnificentius delubrum, tanto etiam antistitem dignitas maior illustriorque, sed et horum saepe sanctitas templorum fortunas splendoremque accepit et sacris non raro a praesule claritudo gloriaque venit. Nec enim postremum locorum decus et prosperitas est in boni rectoris curam et sollicitudinem incidisse, sed praecipua potius maximaque securitatis pars censi debet felici a matura regi prudentia, quae pro divini cultus sinceritate et conservatione, perpetua vigilantia officium et sanctimonia excubet, quae si ubique utilitate ipsa et successibus suis commendatur, illis sane maiore cum apparatu et necessitate exeguntur ubi propinquis multarum rerum tempestaturamque terror, facile periculum et iniuriam, aut denique exitium religioni pietatique comminatur.

Nos itaque, cum divina miseratione et singulari beneficio arcem nostram Smolenscensem²⁶ caeterasque provincias nostras iniquissime ab hoste Mosco sub tempore pactorum, primum quidem divi Sigismundi Tertii domini, parentis nostri desideratissimi²⁷, expugnatione, recenter vero nostra ad Smolenscum expeditione felice, utriusque nostrum periculo recuperatas, Magno Ducatu Lituaniae restituerimus. Postquam pro situ et patientia locorum res componere et stabilire licuit, omni quoque, qua licet, animi gratitudine divini erga nos beneficii memoriam respicere atque venerari et imposterum testari publice constituimus. Muneri enim vicissim

²⁵ Władysław IV Waza, król polski (1632—1648).

²⁶ Smoleńsk, zob. przyp. 12.

²⁷ Zygmunt III Waza, zob. przyp. 11.

debitoque nostro consentaneum existimavimus, non prius alicubi ditiones nostras, quam Dei optimi, maximi honorem, veraeque religionis integritatem incipere. Nam in his una veraeque felicitatis omnis vis et salubritas constat, quippe cum quibus Deus ipse in sincera sui adoratione ad actionem rerumque omnium auspicia et successus praesentis et faventis Numinis benevolentia adest.

Quamobrem, ut sacris honos et sinceritas sua illic restituatur, ubi provincia Magno Ducatui Lituaniae principique suo restituta est, eam non a barbarae tantum crudelitatis iugo, sed a corrupta religionis noxa vindicasse in gloria et felicitate nostra etiam ducere voluimus. Cuius rei cum maximum in eo sit momentum, ut legitime et rite constituto regimine sacrorum munerum iura, sacraeque doctrinae progressus et caeremoniarum ritus disciplinaeque ex ecclesiae et canonum praescripto instituatur et gubernentur.

Ideo, ut haec omnia censere perfecteque in Smolenscensi provincia instaurari possint, neve illa posthac ad remoti pastoris curam et longinqua praesidia exire, aut distrahi cogatur, laudatis maiorum nostrorum aliorumque principum piorum vestigiis insistentes, singularem dioecesim et episcopatum in praefatis provinciis, sub titulo et appellatione Smolenscensis, per serenissimum olim dominum parentem nostrum fundatum ac erectum, et proprium et peculiarem episcopum, nempe rev. Petrum Parczewski, metropolitano tamen et primati Regni subordinatum, dandum et assignandum duximus, prout quidem de Sanctae Sedis Apostolicae consensu et approbatione minime ambigentes, praesentibus approbamus, confirmamus et ratificamus piamque mentem et foundationem divi parentis nostri ad excutionem deducimus. Cui quidem episcopo moderno et pro tempore existenti regimen totius cleri, in ducatibus Smolenscensi et Severiensi existentis, iuxta iura canonica et consuetudines S.R.E. longo usu probatas, in perpetuum committimus. Et inprimis antiquissimam ecclesiam muratam tituli Annuntiatae Virginis Mariae, modo quidem desertam, sed olim a predecessoribus nostris pia extractam, intra muros Smolenscenses, in monte *Przecisciessoka* alias *Dziedziniec* sitam, pro ecclesia cathedrali assignamus, ibidemque in monte pro residentia episcopali domum veterem muratam, nominatae ecclesiae contiguam, cum sufficienti pro aula et pomario episcopalibus capacitate, areas quoque pro domibus praelatorum, canonicorum aliorumque presbiterorum a civitate Smolenscensi, eiusdem montis partem occupante, dislimitatas assignamus, ita tamen ut area sive domus cuiusque praelati et canonici intra longitudinem octuaginta, latitudinem vero quadraginta ulnarum non excedat, aream vero pro horto episcopali extra muros cum iusta capacitate concedimus. Item alteram ecclesiam muratam tituli S. Spiritus, similiter a predecessoribus nostris extractam, ad praesens desertam, extra muros Smolenscenses ad *Boristenem*²⁸ sitam, ubi Moschus erat castrametatus, cum caemeterio eandem ecclesiam circumdante, assignamus. Quam ecclesiam suprafatus nominatus episcopus Smolenscensis restaurare divinaeque missae officia diebus festis iuxta arbitrium et dispositionem propriam celebrari procurabit.

Nundinas demum mercatoribus ac civibus circa eandem ecclesiam fieri mercimoniaeque libere exercere pro festo Pentecostes per septimanam ex vi huius privilegii nostri concedimus. Porro, ut episcopi Smolenscenses, pro tempore existentes, pro statu suo praesulari honesti et convenienter vivere possint, eidem episcopatu Smolenscensi ad usum fructum episcoporum Smolenscensium bona certa in ditione palitinated Smolenscensis *Malachoviensi*²⁹ sita, *Vujsock* nuncupata^{29a}, per geometram nostrum in quadringentos laneos redacta. Alia item bona in ditione

²⁸ *Boristenes*, zob. *przyp.* 15.

²⁹ *Malachow*, zob. *przyp.* 16.

^{29a} *Zob. przyp.* 17.

eiusdem palatinatus Katinensia³⁰ et Bereznia^{30a} sita, vetus castellum Olszank³¹ cum agris contiguuis et pratis in quadringentos itidem laneos redacta et dislimitata, designamus, sigillatim vero in ditione eiusdem palatinatus Smolenscensis Dolhomoscense³² laneos ducentos per succamerarium nostrum, seu camerarios designandos et dislimitandos. In capitaneatu praeterea nostro Bielscensi³³ laneos quingentos per eosdem camerarios nostros ad hoc deputatos seu succamerarium designandos et dislimitandos. Denique in capitaneatu nostro Starodubensi³⁴ vetus castellum, Popova Gora³⁵ nuncupatum, mille laneos agrorum et silvarum propius adiacentium per geometram nostrum iuratum una cum commissariis nostris ordinatum ac limitatum in perpetuum applicamus et irrevocabiliter in aevum appropriamus.

Porro ut cultus divini, quem nos apprime desideramus, gravior sit maiestas et amplitudo, ad eandem ecclesiam cathedralem Smolenscensem sex praelatos, praepositum videlicet, decanum, archidiaconum, custodem, scholasticum et cantorem, canonicos insuper duodecim, eos vero tantum nobili ortos genere, veletiam doctores, in perpetuum instituimus et designamus. Episcopus in id maxime incumbet, ut numerus adequatus canonicorum, ut scilicet beneficia specificata longo intervallo temporis vacent, successive expleatur; pro quorum habitatione et vicariorum (quos canonici quilibet suum habere tenebuntur), tum scholae et musicorum ecclesiasticorum provisione in ditione palatinatus Smolenscensis Boyhorodensi³⁶ laneos mille per geometram nostrum iuratum, assistentibus commissariis, designatos, mensuratos et dislimitatos assignamus et in perpetuum capitulo Smolenscensi incorporamus. Ita tamen, ut ex laneis praedictis centum lanei cedant praeposito Smolenscensi, octuaginta lanei decano, archidiacono octuaginta, custodi octuaginta, scholastico sexaginta, cantori sexaginta, caeteris vero duodecim canonicis lanei quingenti, cantoribus et custodibus ecclesiasticis lanei quadraginta. Insuper toto capitulo Smolenscensi silvae laneos centum in eadem ditione Boyhorodensi; in capitaneatu vero Bielscensi laneos quingentos per succamerarium nostrum, seu commissarios nostros specialiter ad id deputatos, designandos, per geometram vero nostrum iuratum limitandos perpetuis temporibus impartimur. Denique eidem capitulo Smolenscensi ad maiorem eorum commoditatem et residendi assiduitatem et studium cathedralis ecclesiae in eis exitandum pro hortis et praediolis praelatorum et canonicorum post agros, sive pascua civitatis nostrae Smolenscensis, laneos centum per succamerarium, seu commissarios nostros designandos et limitandos, perenniter, donamus, eaque omnia bona suprascripta tam episcopatu, quam capitulo Smolenscensi a nobis in perpetuum donata et incorporata, libertatibus et immunitatibus S.R.E. adscribimus, ita tamen, ut iuri quoque communi Magni Ducatus Lituaniae, iudiciisque ordinariis, in tribunali vero iudicio composito subsint, prout aliarum quoque ecclesiarum in Magno Ducatu Lituaniae existentium possessiones subsunt, iuribus tamen S.R.E. salvis. Caeterum proventus bonorum capituli, qui cuique sit pendendum, aut quae bona cuique praelatorum et canonicorum sint tradenda, primus episcopus Smolenscensis ex consilio capituli ordinabit et decernet.

Collationem porro et iuspatronatus, tam episcopatus Smolenscensis, quam et praelaturarum et canonicatum Smolenscensium, nobismetipsis et successoribus

³⁰ *Katyń*, zob. przyp. 15.

^{30a} *Berezna*, zob. przyp. 18a.

³¹ *Olszanko*, zob. przyp. 19.

³² *Dorohobuz*, zob. przyp. 20.

³³ *Biata*, zob. przyp. 21.

³⁴ *Starodub*, zob. przyp. 22.

³⁵ *Popowa Góra*, zob. przyp. 22a.

³⁶ *Bojhorod*, zob. przyp. 23.

nostris, serenissimis regibus Poloniae et magnis ducibus Lituaniae reservamus. Ut nihilominus episcopus quoque Smolenscensis maiori apud clerum auctoritate valeat et studiosius observetur, excipimus quatuor anni menses, februarium, aprillem, octobrem et decembrem, quibus, si quem praelatorum aut canonicorum Smolenscensium de vita excedere contigerit, vacantes sub nominatis quatuor mensibus praelaturas et canoñas, ipsemet episcopus Smolenscensis clericis integritate et doctrina conspicuus, et de Sanctae Ecclesiae bene meritis, nostro et successorum nostrorum iurispatronatu non obstante, pro libitu et voluntate sua, praesentis privilegii nostri vigore, conferre valebit; eaque designatis quatuor mensibus praerogativa, a nobis benigne concessa, episcopi Smolenscenses in perpetuum utentur et gaudebunt. Caeterum bona praefata omnia, tam episcopi Smolenscensi in perpetuum, unus post alium sua, quam praelati et canonici itidem sua, sibi a nobis data, et in perpetuum donata, tam domus in civitate Smolenscensi, quam alias quoque possessiones terrestres, modo suprascriptas, limitatas et limitandas, omnibus subditis praesentibus et imposterum futuris, eorumque censibus et regimine cum agris, pratis, silvis, nemoribus, fluviiis, lacubus, stagnis, piscationibus, venationibus, melificiis, caeterisque omnibus usibus, fructibus et quibuscunque redditibus, intra limites superius designatos contentis, et in posterum inveniendis, pacifice tenebunt, possidebunt, et supra praescriptum S.R.E. perpetuis temporibus uti fruuntur, omnibusque praerogativis, honoribus et praeeminentiis, episcopi vero Smolenscenses loco et in senatu nostro, ex consensu publico designando, potientur et gaudebunt.

Demum obligamus eosdem, ut circa ecclesiam cathedralem Smolenscensem residere, pro nobis et serenissimis successoribus nostris ac tota Republica nostra Deum optimum, maximum exorare teneantur, omnimodam deinde devotionem ac caeremonias iuxta ordinem, consuetudinem, dispositionem ecclesiae cathedralis Vilnensis³⁷, matutinaeque et horas canonicas, tam ante meridianas, quam post meridianas, prout disponet cum capitulo episcopus, cantare tenebuntur, divinumque honorem omni conatu et studio promovere obligabuntur. Praeterea in perpetuum, ex vi huius privilegii nostri, episcopi Smolenscenses annuatim intuitu victoriae per serenissimum divae memoriae dominum parentem nostrum desideratissimum super hoste Moscho obtentae pro festo s. Antonii de Padua, die quo divina miseratione Smolenscum ab hoste est receptum, perennem gratiarum actionem et vivam praecleari divini beneficii memoriam submissi providere, processiones et supplicationes publicas instituere, et quantas potest humana infirmitas gratias referre. Insuper quovis anni mense semel, ut minimum in eiusdem beneficii memoriam tenebuntur episcopi Smolenscenses per se, sive per aliquem praelatorum, gratissimo et solempni missae officio sacrosanctam et vivificam hostiam supremo Trinoque Numini parentare. Intuito vero victoriae felicibus auspiciis nostris super eodem Moscho obtentae tenebuntur, pro festo s. Michaelis Archangeli, nec non s. Matthiae Apostoli³⁸ itidem per se, sive per praelatum ad id destinatum, supplicationes, uti supra specificatae sunt, quotannis solempniter instituere, et praecari, ut eas provinsias, quas nobis et Reipublicae nostrae benigne restituit, clementer tueri, et manu sua potenti dignetur ab hoste defendere verumque et inviolatum sui in eis cultum quam diutissime conservare.

Quae quidem omnia vim perpetuitatis obtinere volentes, praesentes manu nostra subscripsimus sigilloque nostro Magni Ducatus Lituaniae obsignari mandavimus. Datum Varsaviae die 28 mensis aprilis anno Domini 1635, regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae tertio anno.

³⁷ Wilno, stolica Litwy, w latach 1386—1795, 1918—1939 należało do Polski.

³⁸ Uroczystości św. Michała Archanioła (29 IX) i św. Macieja Apostoła (24 II) były rocznicami zwycięstw Władysława IV w wojnie z Rosją.